UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Q. Aureli[i] Symmachi V.C.P.V. Et Cos. Ord. Epistolarvm Ad Diversos Libri X.

Symmachus, Quintus Aurelius

Neapoli Nemetvm, MD CXVII

Widmungsbrief

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1363

Visual Library

V. CL.

JACOBO GOTHO-FREDO

In Regio PARLAMENTO Pariſienſi Advocato

JOH. PHILIPPVS PAREVS
Salutem D.

ABVNDANTISSIMÈ gaudeo, CL. Gothofrede, aſſenſûs ac iudicij veſtri honore vadatus, cùm proximè ELECTA mea PLAVTINA incomparabili tuo parenti inſpicienda ac cenſenda offerrem. Ibi illicò adprobatorem eximium nactus, induſtriæ meæ cuicuimodi ipſe blandum dedi applauſum. Quis enim non geſtiat in tanto calculo? Heraclitus Philoſophus, atteſtante Symmacho noſtro, ſummam laudis arbitrabatur, placere uni, ſi eſſet optimus, qui probaret. Nec verò hoc ſolùm animo meo volupe erat, complacitum ſtudium noſtrum tanto viro, velut alteri Scævolæ: verùm & in filij, patri

quàm ſimilimi amorem illatebraſſe. FELICITER! mi Gothofrede. Invitamentum primum tuum, ut me tenuit! Nec mihi requies ulla, donec è loculamentis meis Muſivis ἀντίδωρον tibi reperirem, quo largitatem tuam aliquomodo redhoſtire poſſem. Et inveni tandem ſcientiæ tuæ, hoc eſt, IVRIS, magnum Sacerdotem an Cuſtodem, AVRELIVM SYMMACHVM, Præfectum Vrbis. EPISTOLAS illius, quòd me mirificè ſemper recrearet earumdem lectio, ante hos paucos annos cæpi cõparare cum Criticorũ huiuſce ætatis omnium, quotquot eæ cenſoriam falcem expertæ fuerant, correctionibus. Illas tandem, ita uti vides, concinnavi ad promptitudinem legentium. Quid inibi præſtiterim, cur me præcone utar? Conſcientia laboris & fidei mihi ſcutum obtendet aduerſum Livorem, qui omnibus bonis ſolet obſtrepere. Quicquid agas, Livor, etſi non capit, tamen carpit. At nihil hodie ſolemnius in circo litteratorum, quàm invidâ æmulatione rectè ſentientibus obicem figere bonæ atq; incontaminatæ voluntatis. Expertus id ſum, cùm aliàs ſæpé, tum vel maximè in caſtigatione huius præclari Authoris, cui utilem profectò operam multi clariſſimæ memoriæ viri navarunt, quorum pieta-

pietatem, doctrinam, ac ſapientiam ipſe ego olim adoleſcens incoram ſuſpexi, adoravi: & iuxtà mecum omnes boni. Quam verò gratiam, quæſo te, retulerunt huius ſuæ erga Rempublicam litterariam προθυμίας, *ab infauſtis quibusdam æmulis? quibus aliud nihil agitur, niſi* προπηλακίζειν, καὶ τύπτειν τοὺς περὶ τὴν ἀρετὴν γεγυμνασμένους. *DI boni! quò evadent litteræ, ſi ſic pergitur? Athenienſes (memorat Plato in Euthyphr.) eruditionem ac doctrinam nemini invidebant, quoad ſibi ſoli illam ſervaret: nec propalam ad alios propagaret. Quid aliud faciunt hodie Satagei noſtri? Virtus ne moveatur. Nec tu mihi iccircò diutius premes* THEODOSIANI CODICIS *Primitias, poſt felicem ſucceſſum Legg. XII. Tabb. in quîs quid in Iure Civili illuſtrando olim valeas, abundè Myſtis eius ſacroſanctis oſtendiſti. Ego poſt Electa Plautina elaborata, nunc in divino* PLATONE *vigilabo: nec non univerſali* PANOPLIA *Sapientiæ Humanæ, quam adorno, niſi me omnis ratio fallit, cum magno Reip. litterariæ commodo. Adſit Deus cœptis noſtris, & Favor eruditorum! Vtrumq; tibi quoq; adprecor, teq; valere cupio, ô decus litterarum. Ex Muſéo meo. Kall. Aug.* ∞ IↃ CXVI.

Hunc ſuſpicio.

In Invidos & æmulos.